

in austro, ita tamen ut rami inter
austrium & aqvilonem colloca-
rentur.

§. 1.

Nonnullæ imagines in candedabro sacro exhibent
lilia, sed lilia non sunt pomogranatorum flores, qvi hic in-
telliguntur.

§. 2.

Aliæ imagines scutellas exhibent, qvi error exinde na-
tus est, qvòd Hebræi scribant, flores illos pomogranatorum
fuisse scutellarum instar expansos diductosqve; inde tamen
non sequitur, qvòd scutellæ fuerint, qvandoquidem illa ex-
pansio non figuram scutellarum, sed latitudinem scutella-
rum aut paterarum quodammodo habebat.

§. 3.

Aliæ imagines pocula effigiant aperta, cum crateres
tectos debuissent exhibere oculis. Ham Hebræa
vox גביע alterius erat figura quam כוס ut docet
Kimchi in libro Radicum edit. Ven. in fol. f. 79.
& quidem in parte superiori lati in inferiore angusti;
cujusmodi erant pocula Alexandrina, quæ vocaban-
tur Madernos. Conferantur *Majmon. in Miscbnam Mena-
choth. c. 3. edit. Rivensis in fol. f. 362. p. 1. & Farchius in
Gemaram Menasboth edit. Amstelod. Immanuelis Bene-
venisti fol. 28. p. 2.* Qvòd autem in illis locis Menachoth
crateres tecti intelligantur, docet *Josephus Bar Isaschar in
sepber*